Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 12ma

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

Arguitur 2do contra: minus utile collatum ad magis utile, induit aliquam rationem mali, quia ut artes docent minus bonum comparatum ad majus incompatibile, apparet contemptibile, et propterea negligitur, et similiter minus bonum utile non est idoneum objectum electionis, quia haec tendit in bonum quod alteri praefert, et respuit objectum, non qua contemptibile, sed qua utilius et dignius est.

R. voluntatem non eligere minus utile, qua tale reduplicative scilicet sub ea ratione, qua minoris est utilitatis, sed tamen eligit minus utile, qua tale est specificative, sed eo scilicet sensu, quod voluntas eligat id, quod alioquin tantae utilitatis est, quando sit aliud medium, et absolute loquendo sit sufficiens et utile; sicut e contra neque bonum utilius sub formali ratione majoris utilitatis potest a voluntate respui, sed sub ea ratione tamen, qua medium est non absolute necessarium. Quaeritur 12. utrum volitio mediorum sit idem actus cum intentione finis.

Quaestio 12ma

Utrum volitio mediorum sit idem actus cum intentione finis.

Advertendum 1mo hic n. agi quidem de ea volitione mediorum, quae proprie dicta electio est, quae respicit actum aliquod particulare medium, pro aliis ad finem eligendum per electionem, sed etiam de volitione mediorum in communi, et obiective in confuso, quae consultationem antecedit.

Advertendum 2do hic obiter duplicem distinctionem formalium obiectorum intellectus et voluntatis, quia obiectum dividitur in obiectum pure terminans sive terminativum, et in obiectum pure movens, sive motivum, et denique in obiectum terminativum simul et motivum respectu intellectus et voluntatis.

1mum dicitur formale quod, tamen, estque adaequata obiectiva ratio, quae immediate cognoscitur et volita est. 2dum dicitur obiectum formale quo tamen, et est ratio formalis, sub qua cognoscimus, aut volumus aliud quidpiam et non ipsam. 3tium vocatur ratio formalis quae et sub qua, respectu unius eiusdemque actus. Exemplum 1mi et 2di generis obiecti est actus fidei [illegible] cuius obiectum pure terminativum est v. g. quod papa sit mortuus [illegible] obiectum v. pure motivum est testimonium nuncii refferentis, quod testimonium non a me cognoscitur per actum fidei humanae, qua credo mortuum papam, sed aliunde illud ex ipso nuncium, atque adeo testimonium est mihi evidens, et ideo illud non credo, quia non creditur obscure cognoscitur. 3tium exemplum reperitur in obiectis per se notis, haec non sunt simul obiectum quod et quo [illegible] respectu cognitionis.

Advertendum 3tio extra controversiam esse, quod actus electionis semper respiciat, ut obiectum tam finem quam medium, cum dist[inctione] [illegible] tamen, nam electio pro formali obiecto terminativo habet bonitatem [illegible] medii, bonitatem v. finis habet pro formali obiecto quo. Et [illegible], quod aliqui dicunt actu electionis semper vel explicite vel implicite appeti

finem tanquam obiectum quod, sive tanquam rationem volendi medii.
Quare praesens quaestio in eo praecipue vertitur, an actus electionis & volitionis
mediorum pro obiecto terminativo quod, non tantum habeat bonitatem medii, sed
et bonitatem finis; adeoque utrum adaequatum obiectum eiusdem quod
consistat ex medio simul & fine, tanquam ex obiectis adaequatis; & consequenter
hoc quaeritur, an quando & quomodo possit idem numero actus voluntatis esse simul
intentio & electio mediorum, sive in communi, sive in particulari.

Conclusio 1ma. eodem actu intentionis, quo intenditur finis, semper et appetuntur
(explicite quandoque & formaliter) ratio 1mae partis est: Efficax
volitio obtinendi finem includit volitionem mediorum in communi, ergo
et intentio volitionem includit mediorum saltem implicite.
Prima patet, quia est illa ipsa efficax volitio finis.
Probatur antecedens, quia qui efficaciter vult finem tanquam obtinendum
saltem implicite vult media necessaria. 2da pars
de voluntate explicita quandoque. ratio est iste ex pluribus actus. Volo ad-
hibere media necessaria ad finem, et possibilis, & non est alius quam
intentionis actus, ergo possibilem docet experientia.

Conclusio 2da actu intentionis quatenus talis est,
nunquam appetitur particulare medium, quatenus tale est. Prima conclusio
ratio est omnis vera formalis intentio est ante consultationem, sive consultationem:
at nulla volitio & electio particularis medii est ante consultationem
sed hoc necessario praesupponit, ergo formalis intentio non potest esse electio, nec
volitio medii alicuius boni particularis.

Conclusio 3tia: omnis electio, formaliter sumpta, essentialiter respicit tamquam finem, ut
obiectum adaequatum formale terminativum, sive motivum voluntatis; media vero, ut obtinenda,

sive terminativum. Azor. l. 1. c. 25. q. 4. [illegible] Obiicies 3tio pars [illegible] [illegible]
a [illegible] eiusdem rationis, inquit, [illegible] aliquo pacto, ubi dicatur, quoniam ratione sui obiecti obiecti
aut volitionis finis [illegible] bonum, ergo. R. [illegible] 12. a. 4. [illegible], dicendum, quod motus voluntatis
in finem, et in id quod est ad finem potest [illegible] duplex, uno modo, quoniam quod voluntas fertur
in utrumque absolute, et [illegible] se, et sic sunt simpliciter duo motus voluntatis.
Alio modo potest considerari, quoniam quod voluntas fertur in id, quod est ad finem. Cum enim dico,
volo medicinam propter sanitatem, [illegible] designo nisi unum motum voluntatis, cuius ratio est, quia finis
est ratio volendi ea, quae sunt ad finem, idem autem actus cadit super obiectum et super rationem obiecti,
sicut eadem visio est coloris et luminis. Ita Doct. Angelicus.
Obiicies 4to ratione i[ntri]nseca. Omnis actus, tendens in obiectum debet ultimo sistere
in suo motivo, et illud attingere; atqui motivum electionis, quatenus talis, est
bonitas finis, in qua sistit, et non bonitas medii, ergo. Obiicies [illegible]
bonitas medii quatenus talis, est utilitas, atqui in tali non potest sistere, ergo.
Obiicies [illegible] quia in illo non potest actus sistere, quod non est amabile propter
se, [illegible] [illegible] propter aliud: sed talis non est utilitas; quia utilitas formaliter
est bonitas relativa, [illegible] bonitate alterius, et [illegible] altera amatur,
ipsa non est amabilis, ergo R. Certum igitur est, quod
actum electionis [illegible] vere attingi bonitatem finis, ut obiectum et motivum
voluntatis, sicut [illegible] actum caritatis, quo diligimus proximum propter Deum
vere et intrinsece attingitur Deus, et quod conditionem ipsam [illegible] [illegible], ut
ex [illegible] [illegible] supponimus.

Obiicies 5to. Si volitio medii non respiceret rationem formalem finis, actus
quoque vult [illegible] intrinsece propter puellam, quam turpiter amat,
nullam haberet dehonestatem obiectivam, imo potius ratione obiecti esset
honestus, et dignus praemio: consequens nullus theologorum audebit
admittere, ergo nec antecedens. Obiicies [illegible] maj. [illegible] actus
respicit hoc, quod est intrinsece divinis officiis, [illegible] medium ad turpem visionem:
hoc autem quod est adesse divinis officiis [illegible] se, seclusa fine, est honestum
et laude dignum, ergo si non respicit hic actus finem, tenendum se ex parte obiecti
hic actus ex obiecto nullam potuisset dehonestatem habere; siquidem [illegible] obiectum
honestum, et laude dignum.

Ergo: bonum actum inficit a mala intentione, a qua ut physice, et moraliter totus ejus [illegible] procedit, et in quo fine.

Contra: ergo talis actus [illegible] nullam habebit turpitudinem ab objecto [illegible] in principio, quo ratione objecti est honestus. Resp. [illegible]: quod motivum actus imperantis non refunditur in actum imperatum, v.g. actus castitatis qui [illegible] a vanitate imperatus, retinet suum proprium motivum honestum, et nunquam imperata a vanitatis actu, respiciente motivum inhonestum.

~~Inferes 1mo~~ Idem patet in actu misericordiae, qui a charitate imperatus, quia motivum intentionis non refunditur in electionem, electio respiciens medium honestum, suam honestatem intrinsecam retinebit, et procedat ab intentione, respiciente turpe motivum.

Inferes 1mo. Ergo intentio et electio erunt ejusdem speciei, quia habent idem objectum formale motivum.

R. Negando consequentiam; quia etsi in genere moris specie non differant, in genere tamen physico distinguuntur specie, propter diversitatem modi, quo intentio et electio bonitatem finis respiciunt: intentio enim respicit bonitatem finis, ut objectum formale quod, electio autem, ut objectum formale quo.

Inferes 2do. Si tota ratio appetendi media est bonitas finis, non magis appeteret unum medium, quam aliud, quia bonitas finis aeque se diffundit in omnia media, ergo si unum medium magis appetitur, quam aliud, id aliunde provenire non potest, quam quod unum medium habeat majorem vim movendi voluntatem, quam aliud, ergo non sola bonitas finis est objectum motivum voluntatis.

R. Quod voluntas unum medium prae alio eligat, hoc ex eo provenire, quod non sola bonitas finis concurrat ad actum electionis, verum et bonitas, quae est ipsis mediis intra, haec autem nihil aliud est, quam ipsorum proportio ad finem [illegible], ita ut haec inaequalem habent utilitatem ad finem, ac proinde ~~utilitatem~~ proportionalitatem inaequalem. Hinc et fit, ut bonitas finis, etsi se aequaliter diffundat per omnia media, virtutem motivam magis exercere [illegible] in uno, quam in alio, propter hanc inaequalem mediorum ad finem proportionem.

Obiectum 2do a potiori: quia constat media ante electionem appeti; Dico appetuntur sub obiecto adaequatum finale specificum, quo appetuntur sub obiecto materiali huius termini electionis.

Conclusio 4ta: Actus intentionis et electionis, aliquando saltem, realiter distinguuntur. Est communis. Ratio est: Quia, cum aliquando intentio finis sit separata a priore electione, ut patet cum quis intendit finem, nihil cogitans de medio particulari, utique realiter tunc distinguitur intentio a posteriori dicta electione.

Conclusio 5ta: Probabile, quin certum aliquibus est, contingere posse, ut voluntas eodem actu, simul nam puta, intendat finem, et eligat medium, ut obiectum Quod termini rationis: alter ex minus probabilis est communis opinio, quae dicunt voluntatem intendere finem et eligere media posse, ita tamen ut actus electionis et intentionis semper realiter distinguantur. in hanc partem tenet Valentia disp. 2. q. 3. p. 3. Caiet. Medina et alii: Quorum

Ratio est: voluntas sub eodem actu potest appetere multa sub ratione unius, sicut intellectus iuxta doctrinam S. Thomae, plura sub ratione unius cognoscere potest; atqui finis et media ita sunt multa, ut tamen habeant rationem unius, scilicet eorundem inter se subordinationem: Unde quemadmodum lucem et colorem eadem visione videmus simul, quae sibi invicem subordinantur, ita voluntas finem et media eodem actu appetere poterit, sub illam subordinationem.

Obiectum 2do Bonitas finis est obiectum formale motivum Quo electionis, sive mediorum, ergo bonitas est eiusdem et obiectum ut Quod.

Dices: multa obiecta possunt attingi ut Quo actu prosecutionis sine eo, quod attingatur ut Quod, ut patet in hoc exemplo: Amo poenitentiam, atque me movet peccatum, ut Quod, quod falsum est, ut Rhedipsius, quod est obiectum formale Quo, sic similiter obiectum formale Quod.

Respondeo. Concesso ante: nego consequentiam: paritatem, quia est inter amorem poenitentiae et amorem medicinae, quia ut quis velit poenitentiam, per delictum, neque ante quo poenitentiam amat, neque alio tenetur amare delictum; ad hoc vero ut quis amat media sub ratione finem, in omni opinione tenetur saltem per unum alium actum, amare finem, tamquam obiectum, non solum ut Quo, sed ut Quod, ex qua disparitate solutio horum factorum confirmatur; Quando enim amo creaturam propter Deum, non solum amo creaturam

creaturā & Deū, ut obtm Quo, ꝰ ipsa Deus ut obtm Quod; quia ꝰ per creaturā amare pter Deum, quid amare ipsum Deū; quo pto amo mediū pter finē, illo actu ꝰ stilerando finem, ut obtm Quo, & ab ut obtm quod, quia ꝰ per formam amare medium pter finem, necessario amare finem

Sed am sententiam tenet Vasq. disp. 33. cum alijs, & hic probat

1mo ex S. Thom. 1. 2. q. 12. a. 4. ubi docet, ita se electionem, & intentionem in voluntate libere, sicut se habet assensus principiorum & conclusionis in intellectu, Sed assensus principiorum ꝰ est assensus conclusionis realiter, ergo nec electio est unus realiter actus cum intentione.

2do Intentio est efficiens causa electionis, ergo non potest in eundem actum coalescere aliquin intentio esset causa sui ipsius. Confirmat:

Intentio est ante consultationem, ergo non sunt idem actus realiter.

Qui hanc posteriorem opinionem amplectuntur, ad rationes pro sententia negativa adductas, ut ratio volendi: finis est obtm Quod volitionis, atque adeo, ut eodem actu appetatur finis, quo appetitur medium, non sufficiat talis subordinatio ad requisitum iuxta Vasq. cit. n. 19. Ut ratio volendi sufficit stricta tribuens formalem rationem obiecti Quod terminativi respectu alterius actus, per quem, ut Quo, appetitur id, quod non fit in fine, sive bonitate per se amabili respectu electionis medij particularis, quod quod sit de exemplo hominis allato, quando sumpta ratione obtm necessabile; adeoque volitionis terminativum est; nam certe id in alijs locum non habet: neque enim motivum fidei huius N. 9. Quia non credo ex testimonio nuncij Papam esse mortuum, est obtm Quod fidei istius mea, cum testimonio ipsum istud motivum cognosco clare, Papam vero esse mortuum, tantum cognoscam obscure. Sicut etiam assensus praemissarum & conclusionis sunt inter se subordinati, falsum tamen est, quidem realiter assensus, qui fertur in conclusionem, ut obtm Quod, sic et feratur in praemissas, tamquam in obtm Quod terminativum, quamvis in has feratur, ut in obtm Quo.

Qui priorem sententiam sequuntur probabiliorem esse videtur, tum ex rationibus allegatis, tum ex eo, quod haec responsio, contra eam allata, sit sufficienter refutata ex rationibus.

a [illegible] libertatis exerceri vult, licet ea ad judicium [illegible] operationis ratione, Neque pariter dicitur [illegible]
[illegible] et consiliis, licet inter volitiones finis et medii : nam conexiones, quae ducuntur
ex propositis, licet inter se sint dependentiam et [illegible] quae propria lumine manifesta
et [illegible] in [illegible] praecise actu cognoscuntur; alii medium, quamvis facile meditemur, quid
[illegible] bonitatem in se habet, tamen aliquos, aut si quid habet, illam habet in ordine ad finem
[illegible] non est necesse, ut propria sine oppositione appetatur. Ad secundam Resp.
[illegible] non est verum, quod volitio finis, et volitio medii sint manifeste distinctae, in
[illegible] in unam coalescunt; ea [illegible] eadem res sit cum volitione volita, licet inter
se ordine [illegible] h. e. medii et finis, quae ordine sub volitione non habet, hoc ipso quod non est
[illegible]. Ad confirmationem [illegible] complex [illegible], quia intentione
[illegible] electione non est indifferenter, sed [illegible] consilium.

Quaestio 3tia.

Quid, cuius obiecti, & subiecti sit imperium?

Proximum post electionem locum inter actus humanos supra annotatos, habet
Imperium, quod juxta veriorem sententiam nihil aliud est, quam Judicium quoddam
intellectus practicum, insinuans voluntati, ut haec mediante voluntate potentias executivas [illegible]
executionem electi medii. Differunt hoc intellectus judicium ab aliis conditio-
nibus praerequisitis ad humanam electionem mediorum, et intentionem, et proinde in
serie humanorum actuum inter electionem et usum activum, de quo postea, et
solet indicari verbis, vel indicativi modi: Hoc tibi faciendum est illo vel illo
ordine aut modo: vel verbis imperativi modi: Fac hoc, exequere jam,
quod electum est. Quod porro idem imperium sit judicium,
adeoque actus elicitus intellectus, et non voluntatis, docet S. Thomas. h. a. 1.
Ratio est: quia sicut imperium, sive imperare unius hominis respectu alterius est,
voluntatem superioris inferiori intimare, et illi proponere, quid ipsi ex superioris
voluntate sit faciendum: Ita proportionaliter loquendo hominis imperium respectu sui
ipsius, est intimatio prioris alicuius volitionis, id est electionis, facta potentiis
executivis, mediante voluntate; atqui intimatio ad intellectum spectat, quia
nihil est aliud, quam quaedam enunciatio, et electio, qua voluntas superioris
inferiori indicatur, quod [illegible] officium est intellectus, connotato interim